cione sedatur. Dolenda hodie et
miseranda condicio. Certe si
hec sola inseparabilis mali
peste premeretur [sanare]. Verum ista
ei pacie et tranquillitatis
exempla referre sepe galle
debueras ut sciret irasci et
sciret ignoscere. Cui si iste
oppido breviter insertus sermo-
ne meus iniuste prolatus forte
cognoverit sciat magis non
ore inimici quam amici animo
me locutum. Quia si fieri possit
optarem ut martino potius
episcopo quam falari tyranno
similis diceretur. Sed istum cuius
commemoratio parum suavis
est transeamus et ad marti-
num nostrum galle redeamus

Incipit epistola de obitu sancti martini episcopi

Arcadio vero et ho-
norio principibus
sanctus martinus tu-
ronorum episcopus plenus
virtutibus et sanctitate pre-
bens infirmis multa benefi-
cia octogesimo primo etatis
sue anno episcopatus autem vi-
cesimo sexto apud condaten-
sem dyocesis sue vicum ex-
cedens a seculo feliciter mi-
gravit ad christum. Transiit
autem media nocte que do-
minica habebatur attico ce-
sarioque consulibus. Multi autem
in eius transitu psallentium
voces audierunt in celo quod
in libro virtutum eius pri-
mo plenius exposuimus.
Nam cum primum sanctus dei apud
condatensem ut diximus vi-
cum egrotare cepisset picta-
vi populi ad eius transitum
sicut turonici convenerunt. Quo
migrante grandis altercacio
inter utrumque surrexit popu-
lum. Dicebant enim pictavi
Noster est monachus nobis
abba extitit nos requirimus
commendatum. Sufficiat vobis
quod dum esset in mundo episcopus